

item recte referri ad viam a Velitris Signiave tendentem ad Latinam. Multo minus verisimile est ullo tempore Latinam a Labicana separatam pervenisse ad Compitum, crediderimque itinerarii auctorem ita errasse, ut aut Latinae mansiones ad Labicanam usque enarraturus proclivi errore praeterea primam stationem utrique communem adscriberet aut confunderet Latinam et Praenestinam, quam constat vere ad Compitum incidisse in Latinam. — Ultra Pictas milia numerantur Labicanae magis quam Latinae, quamquam nomen viae ulterior ab hac adsumpsit. Nam non solum Labicana brevior est quam Latina¹⁾, sed inveniuntur etiam praeter curatores viae Latinae²⁾ tam *curator viae Labicanae* homo item

1) Ipse Strabo ab urbe ad Pictas numerat stadia CCX = m. p. XXVI, non ad Latinam, sed ad Labicanam. Hannibal quoque iter fecisse dicitur *per Frusinate Ferentinatamque et Anagninum agrum in Labicanum* (Liv. 26, 9).

2) Noti sunt curatores viae Latinae nude dicti hi:

L. Annii Fabianus. Sarmizegetusae. Vol. III n. 1455.

M. Annaeus Saturninus Clodianus Aelianus. Romae. Vol. VI n. 1337.

C. Caelius Censorinus. Atellae. Supra n. 3732.

M. Fabius M. f. Magnus Valerianus. Clusii. Ann. inst. 1863 p. 277.

ordinis senatorii P. Plotius Romanus (vol. VI n. 332) quam *curator viarum Labicanae et Latinae* Q. Decius Saturninus (supra n. 5393, aetatis Tiberianae) sive *Labicanae et Latinae veteris* L. Annii Italicus Honoratus (vol. III n. 6154). Labicanam curatores hi non adscripsissent, multo minus priore loco collocavissent vel adeo solam nominavissent, nisi prior pars viae primariae sibi commissae proprie Labicana fuisset. Accedit quod secundum itineraria Latina intrat in Labicanam, non Labicana in Latinam; contrarium quod apud Strabonem (l. c.) legitur, scilicet Labicanam intrare in Latinam, ex nomine excusationem habet. — Tertio certe saeculo Latina ea quam novimus ut veteris nomen adscivit (III, 6154 cit.), ita praeterea fuisse videtur via Latina nova³⁾, sed ea ubi fuerit, ignoratur.

T. Marcius . . . Tibure. Henzen 6020.

L. Marius Maximus Perpetuus Aurelianus. Romae. Vol. VI n. 1450.

Vitorius Marcellus. Stadius silv. 4, 4, 60.

3) *C. Octavius Appius Suetrius Sabinus curat(or) viae Latinae n[ovae]* supra n. 5398.

a Pictis ad bivium m. p. V ab urbe m. p. XXX

6883 prope Valmontone ad ecclesiam divi Ioannis Baptistae columna miliaris extat litteris ferme exesis, quem ego XXVII ab urbe lapidem fuisse existimo.

Holstenius ad Cluverium p. 196.

a bivio ad Compitum Anagninum m. p. X ab urbe m. p. XL

6884 columna milliaria rep. II m. p. a bivio viarum Labicanae et Latinae (id est ad cryptas S. Hilarii) FABR. *La via Latina traversa le vigne nella contrada le Valli dirimpetto a Montefortino . . . vicino alla proprietà del beneficio rurale di S. Pietro, tagliando la moderna strada che conduce a Valmontone, dove fu ritrovata stesa a terra la colonna miliaria, riconosciuta per tale dal Fabretti e da Auronet Adriano Francese. Presentemente si ritrova nel cortile del palazzo Borghese da me fattavi trasportare l'anno 1689 per l'incumbenza datami dalli sopradetti antiquarii SERANGELI. Ibidem adhuc iuxta portam.*

D N
IMP CAES
CL IVLIANO
Pio felici
5 agosto
XXIII

Recognovit Stevenson. Fabretti p. 414, 367 qui descripsit; Serangeli ms. (v. p. 591).
2 fin. s non vidit Stevenson. —
3 CLAUDIVS Fabretti, referens ad Claudium Gothicum perperam. —
6 de numero dubitabat Stevenson.

6885 columnam miliariam fuisse probabile est, dubium autem, ea utrum prostiterit ad ipsam viam Latinam an ad diverticulum inde ducens Signiam. Signiae in horto S. Marci LIG.; ibidem [praecedit n. 5963] MET.

IMPPP
DDD · NNN · FFF · LLL
THEODOSIO · ARCADIO
ET · HONORIO · PPP · fff
5 SEMPER · AVGGG · BONO
REIP · NAT

Anonymus Metelli cod. Vat. 6037 f. 46'; Ligorius Neap. 35 p. 206 (inde Panvinius cod. Vat. 6035 f. 41 ter; Don. 2, 106 ex schedis quas Manutianas ait bibl. Vat.; Mur. 265, 3 ex Donio). Orelli 1127.

In vv. dividendis secutus sum Ligorium. — 1 om., 2 NNIV Met. — KKK pro FFF traditur; scilicet fuit sic K. — 5 AVGG·LLL BONO Met.

PRAENESTINA:

ab urbe Gabios m. p. XII

6886 columna marmorea, cui antea incisus fuit titulus inverse scriptus vol. VI n. 1342: Ἀννία ΠρίγILLA Ἡρώδου γονή, τὸ φῶς τῆς οἰκίας, [ἡ]σ[τ]ινοῦ ταῦτα τὰ χωρία γέγον[ε]ν: *Annia Regilla Hirodis* (sic) *uxor, lumen domus, cuius haec praedia fuerunt.* — Rep. ad viam Praenestinam intra recentia urbis moenia in hortis monachorum S. Eusebii, ubi adhuc prostat FABRETTI (1698); similiter MONTF. FORM. BIANCH., qui vidit d. 27 Ian. 1701. Clementi XI pontifici maximo dono data BIANCH. Ab eo collocata est in museo Capitolino.

DONINO sic
NOSIRO sic
MAXENTIO
PIO FELICI
5 INVICIO sic
AVGVSTO
VII

Descripsit Henzen. Fabrett. 412, 355; Montfaucon qui vidit diar. Ital. p. 426, *ant. expl.* suppl. IV p. 410 (inde Mur. 462, 7); Bianchini cod. Ver. 347 f. 7; Ficoroni *vestigia di Roma antica* p. 53 (inde Donat. 220, 4); Raimundus Formentin itiner. ms. (inde per schedas Villosioni f. 66' Osann syll. p. 405); Guasco M. C. 406. C. I. Gr. 6184. Orelli 4877.